76

post peccatum egerit paenitentiam prodi
uersitate hereticorum stellis. alii sequabunt(ur).
Quia haec dicit dn̄s ds̄. urbs de qua egrediebant
tur mille. Causas quibus domus isrl̄ corru
ens non resurgat & uirgo isrl̄ errans uel pro
iecta in terra non habeat suscitantem. reddit
sermo diuinus urbs inquiens de qua egredie
bantur mille. relinquentur in eadem decē
in domo isrl̄. Ut ubi quondam fuerat multitudo
propter nimiam uastitatem. uix decima pars
remaneat. & ne omnino herentis litterae
sacramenta numerorum relinquentes incer
tā. septenarium numerum ēē scm̄ spm̄. & iā
sabbatum probat in quo requieuit ds̄ ab omni
bus operibus. & ubi & nequid in eo operis serui
lis fiat nisi ea tantum quae ad animam ptinent.
& ne in eo onera portemus. Unde & in solitudine
qui die sabbati ligna collexerat quae arsura st̄.
sententia dn̄i condemnatur & septem ebdo
mades complet numerū scāē pentecostes.
& iubeleus annus remissionis tubarumque
clangentiū hoc numero texitur, In septimo
quoq; mense. figuntur tabernacula. & hebre
is cum sex annis seruierit. anno septimo li
beratur. Ita ab initio mundi diebus conditus.
Ut omnes labores & molestiae septimo numero
conquiescant. Deniq; & captiuitas populi
isrl̄. templique subuersio. lxx anno deso
lationis impleta est. Sic igitur septenarius
numerus habet sacramentū suū. sic scīfica
tus atq; pfectus. & uita dicā. uersus est nu

merus qui unione retinetur. & unius di
maiestate concluditur. Unde dicit filius. ego
in patre. & pater in me. uolensq; omnes unū
esse cum patre loquitur ad eum. Pater da ut
sicut ego & tu unum sumus. sic & isti in nobis
unum sint; Prima igitur beatitudo est esse
in primo numero qui unus & uerus. secunda
in secundo id est decade. In tertio id est in ecan
tontade. Sicut enim decas decimo unione
completur sic ecantonta. sex decem decadib;
instruitur, Quartus numerus qui de milia
rio numero continetur de decem constat
ecantontadibus; Cum igitur quis egerit pae
nitentiā de miliario & quarto numero uix
reuertitur ad centenarium. & tertium
numerum. rursum quincentenario est.
Uix redit ad secundum. Primae decades
numerū atq; ita fit & domus isrl̄ quae corru
erat non possit resurgere. & uirgo isrl̄ quae
erraverat in terra non habebat suscitantē.
Quia semel ab unione discesserit. & illam
purissimae uirginitatis perdiderit glo
riā. De qua apostolus dicit. Zelor enim uos
zelo di̅. & statui uos uni uiro in qua non est
macula. neq; ruga. pristinū statū & unionis
beatitudinē recipere non ualebit. & uix
ei conceditur ut de mille reuertatur ad centū.
& ad decē redeat. Haec breuiter sum locutus.
ne omnino in hoc capitulo propter nume
rorū difficultatē fugisse uiderer tropologiā.
Quia haec dicit dn̄s domui isrl̄. quaerite me


© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0157